

## XXVI PETRI BEMBI

18. Delle Lettere a Prencipeſſe & altre Gentili donne ſcritte, IIII. Vol. Parte I. e II. Dicantur Elisabethae Quirinae, matronae nobilissimae, Bembique & Casae ſcriptis celeberrimae. Italicae Bembi epiftolae ſaepius e Venetis praelis prodierunt per Gualterium Scottum iterum atque iterum, qua in 8. qua in 12. tum per alios annis, M.D.LX. M.D.LXIII. M.D.LXX. & M.D.LXXVII. in 8. Gualterianam editionem anni M. D. LXXV. probabſe prie ceteris viſi ſunt viri illi clariffimi, qui vulgo ſe vocant gli Accademici della Crufca.

19. Lettere Giovenili. In Milano, appreſſo di Giovann' Antonio degli Antonii, M. D. LVIII. in 8. Has amplectitur quoque posterior quarti voluminis pars; ubi etiam editor, multo ante eniſſas in lucem eſſe teſtatur. Apud eos, qui variorum clarorum virorum italicas epiftolas in volumina congeſtas, publico donavere, occurrunt aliae non paucae Bembi epiftolae.

20. Nuove Lettere famigliari ſcritte a M. Gio. Mattheo Bembo ſuo nipote, hora Senator preftan- ziff. nella Rep. Venetiana. In Venetia, appreſſo Francesco Rampazetto, M. D. LXIII. in 8. Col- legit publicavitque Franciſcus Sanſovinus, & Guido-Ubaldo Feretrio, III. Urbinatum duci nun- cupavit. Ursattus Justinianus, ſuis italicis carminibus celebrat hujus Joannis Matthaei Bembi vitam a Ludovico Dulcio conſcriptam, quae numquam tamen publici juris facta eſt.

21. Delle Lettere da diversi Re, & Principi, & Cardinali, & altri huomini doti a Mons. Pietro Bembo ſcritte I. Volume, di nuovo ſtampato, riveduto, & correto per Francesco Sanſovino. In Venetia, appreſſo Francesco Sanſovino, & compagni, M. D. LX. in 8. Accepit Sanſovinus has epiftolas a Torquato Bembo, & in libros quinque digestas Octaviano Pallavicino dicavit. Idem quoque alia earum epiftolarum volumina editurum ſe pollicetur.

22. Propoſta al Prencipe M. Leonardo Loredano & alla Signoria di Vinegia per nome di Papa Leo- ne X. Haec oratio exiftat in epiftolarum italicarum Bembi volum. I. pag. 337. Gualterianae editio- nis anni M. D. LXXV. atque in aliis earumdem epiftolarum editionibus; item in Orationibus italicis a Sanſovino collectis vol. I.

23. Annotationi ſopra il Petrarca. Excerptas e Bembi proſi una cum Petrarca ediderunt iterum ac ſaepius Lugduni Rovillius, & Venetiis Petrasancta, Bevilqua, Angelierius, aliisque bi- bliographi.

### Opera nondum edita.

24. Provincialium poetarum vitae.

25. Provincialium poetarum carmina. Codicem hunc ipsum qui Provincialium poetarum vitas & carmina continebat, Bembo mortuo, in Ludovici Beccatelli manus deueniſſe, refert Antonius- Franciſcus Donius, libro quod inſcripit: I Marmi, parte tertia, pag. 155. editionis Venetae Franciſci Marcolini, anno M. D. LII. in 4. Haud parum quidem ſtudii & laboris Bembus impen- dit in linguae Provincialis antiquae ſcriptis; cui linguae quis inciefetur, plurimum debere Italas Musas? Iis etiam ſcriptis multam a Bembo datam eſſe operam teſtantur tum ipſius Proſae, tum ea ad Antonium Thebaldeum epiftola, quae exſtat volume III. libro V. qua epiftola Thebaldeo Bem- bus mittit Vitam Bartholomei Georgii, Veneti patricii, qui vetere Provinciali lingua noui pauca ſcriptis; ſubjicitque ſibi eſſe in animo, typis mandare Poetarum Provincialium carmina, una cum iſpoforū vitiſ. Porro Varchius in oratione funebri, hac de cauſa Bembum narrat ad Provincialium auctorum ſtudia ſe contulisse: Se a bene intendere la latina, gli fu di bisogno apprendere la greca; a bene apprendere la Toscana, gli bisognò apparare la Provenzale, poco meno che del tutto ſponta ancora in quei tempi. Neque tamen Petrus in hiſ quatuor linguis addiſcendis ita ſuit totus, ut in aliis etiam horas aliquas non inſumeret. Vir clariffimus Ludovicus-Antonius Muratorius in opere numquam ſatis laudando de perfecta italica poēſi, Tomo I. pag. 435. refert breve carminum ſpecimen, quae Bembus Hispanica lingua conſcriperat.

26. Oratio de grecae linguae laudibus. Graece eam ſcripit Bembus; quod Varchius haud dubiis verbis teſtatur in praedieta oratione funebri. Beccatellus autem de Bembo haec perhibet: Dal Lascari egli imparò così felicemente la lingua greca, che non ſolo l'intendeva, ma la ſcriveva ancora.

27. Dissertationes in numismata, iſcriptiones, aliaque vetuſtatis fragmenta. Sparsim in epiftolis, qua graecis qua latinis, earum meminit.

28. Observations in auctores graecos & latinos. Ipſe quoque ſcholiis librorum margines conſue- rat notare; quod doctis hominibus ſolenine ſemper fuit.

29. Epiftolae autographae ad Ruberturn Macigni. Extabant in bibliotheca nobilis civis Patavini Nicolai Trivisani, teste Jacobo-Philippo Tomafino Biblioth. Patav. mſſ. pag. 109.